



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio CVIII. De potestate iudicis Laici circa bona patrimonialia
Clericorum, & an valeat subhastatio facta in foro saeculari de bonis
communiter possessis à Clerico & Laico.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO CVIII.

De potestate iudicis Laici circa bona patrimonialia Clericorum, & an valeat subhastatio facta in foro sæculari de bonis communiter possessis à Clerico & Laico.

Illustriss. Seraphino.

Florentina Domus.

Lunæ 10. Iunii 1591.

SUMMARIUM.

- 1 Sententia approbans subhastationem factam per iudices Laicos, quæ ratione incompetentia fuit nulla, revocari debet.
- 2 Processus contra plures fratres, quorum aliqui sunt Clerici, & aliqui Laici, agitari debet in foro Ecclesiastico, etiamsi agatur de patrimonialibus.
- 3 Iudicium contra Clericum in bonis patrimonialibus quando coram Laico agitari possit.
- 4 Clericus etiam volens non potest coram Laico conveniri, nec opus est quod compareat ad declinandam jurisdictionem.
- 5 Idem est in Clerico heredem defuncti Laici.
- 6 Clericus citatus per Laicum si sua putaverit interesse, si compareat, efficitur actor voluntarius.
- 7 Citatio si sua putaverit interesse non habet locum contra heredem, bene tamen contra creditorem.
- 8 Contumax habetur pro consentiente.
- 9 Instantia cepta contra defunctum Laicum, non transit in heredem Clericum.
- 10 Juramentum in contractibus appositum non habet vim litis contestate, nisi res sit in iudicium deducta.
- 11 Actio hypothecaria etiam contra plures personas dicitur individua.
- 12 In actione individua sententia non potest pro parte valere.
- 13 De nullitate sententiarum usque ad triginta annos dici potest.

Fuit resolutum sententiam Auditoris Reverendissimi Nuntii in ea parte, quæ est
 contra Illustr. Dominos Aldobrandinos esse revocandam, cum per eam appro-
 bata fuerit subhastatio nulliter facta per iudices Laicos civitatis Florentiæ:
 cum enim procederetur contra plures Fratres, quorum aliqui erant Clerici, nempe
 bon. mem. Ioannes Aldobrandinus Rotæ tunc temporis Auditor, iudicium erat agi-
 tandum in foro Ecclesiastico, etiam quod alii essent Laici. *Bart. in l. precipimus. C. de*
appellat. Felin. in rubr. eod. tit. n. 9. Jason. in l. si emancipati n. 13. C. de collat. cum aliis alleg.
 Neque obstat quod versetur in patrimonialibus ex not. per Dec. in c. Episcopus n. 10. de
 prob. *Riminald. jun. conf. 2. n. 12. cum aliis. quia dictū eorū procedit respectu immuni-*
 tatum & exemptionum, & eorum in quibus non reperiuntur specialiter privilegiati,
 non autem respectu fori. *Cap. si diligenti & cap. significasti de foro compet. adeo quod*
 neque etiam volens potest conveniri coram iudice Laico, cum sit incapax huius ju-
 risdictionis, *Decius conf. 150. n. 4. & 241. n. 2. & in Clerico hærede Laici convento*
 pro debito defuncti tradit *Covarr. pract. quæst. c. 8. Decius conf. 700. n. 6. Galles. ad form.*
Cameral. oblig. par. 2. q. 2. ad secundam partem formulæ n. 1. Neque opus est quod com-
 pareat ad declinandam jurisdictionem, quia nihilominus processus est nullus. *Felin.*
in c. cum ordinem n. 15. de rescript. & in c. si duobus de appell. quod maximè dicendum in
 casu isto, cum Clericatus D. Ioannis Rotæ auditoris esset notorius, & iudicium tra-
 daretur contra absentes citatos per edictum. *Felin. in d. c. cum ordinem n. 8. & 13. Dec.*
conf. 125. n. 7.

Non obstat, quod citatio fuit facta quatenus sua putaverit interesse, quo casu
 Clericus comparens efficitur actor voluntarius, & processus sustinetur, ut per *Bald.*
in l. testamenta C. de testam. cum aliis quos allegat Roland. conf. 128. l. 2.

Tum quia non applicatur in casu isto, quo iudicium principaliter dirigebatur
 contra Aldobrandinos citatos, tum etiam quia non est verū, quod citentur quatenus
 sua putent interesse, sed simpliciter citantur tanquam habentes primam causam suc-
 cessionis, si sunt & esse volunt hæredes D. Silvestri. Creditores verò citantur pro eo-
 rum interesse. Præterea in hoc iudicio citati non comparuerunt, & fuit processum per
 edictum, undè cessat ratio Baldi, nec potest dici contumaces haberi pro consentienti-
 bus, cum non dicatur contumax ille, qui non arctatur ad comparendum.

Neque obstat quod instantia cœpta contra defunctum Laicum transeat etiam
 in hæredem Clericum, ut per *Felin. in c. quia & de iudic. quia hoc non subsistit neque*
in facto, neque in iure, quia in facto non est verum, quod fuerit cœptum iudicium
 contra bon. mem. D. Silvestrum, & in iure contrarium tenet *Boerius dec. 69. cum aliis*
quos adducunt Covarr. & Galles. supracitati.

Neque obstat iuramentum in contractu appositum, quia non habet vim litis
 contestatæ nisi res sit in iudicium deducta. *Jason. l. peccuniam de condict. ob caus.*

Neque enim respectu Laicorum potest sustineri subhastatio, quia cum ageretur
 dere

- de re communi cum Clericis, iudicium erat Ecclesiasticum. *Bartol. in d. l. praecipua*
 21 maxime cum esset intentata actio hypothecaria, quae est individua, quo casu senten-
 tia non potest pro parte valere, & pro parte non. *Afflict. dec. 213. Put. dec. 315. m. 3. lib. 1.*
 22 quod dicitur de praescriptione, non obstat, quia de nullitate dici potest usque ad 30
 annos. *Aymon. conf. 108. n. 4.* praesertim iustante nullitatis evidentiâ. *Bald. de praescrip.*
 23 *par. 4. quarta principal. q. 32. & ita conclusum. &c.*

Ad partis 4. Quaest. 88.

DECISIO CIX.

Episcopus contra regulares privative procedit, quan-
 do agitur in figura iudicii, & quando eorum delicta
 offendunt communem conversationem;
 quando vero Monachi delinquent contra regu-
 lam, Abbas contra eos procedit.

Reverend. P. D. Orano,

Caesaraugustana exemptionis.

Inter. 10.
 Decis. 19.
 par. 1.

Veneris 13. Novembris 1587.

SUMMARIUM.

- | | |
|---|---|
| 1 Episcopus habet jurisdictionem privati-
viam contra regulares in criminalibus,
quando proceditur in figura iudicii. | emptum, possunt ab Episcopo puniri |
| 2 Episcopus fundat jurisdictionem suam
in tota diocesi. | 4 Monachi delinquentes, iudicio Episcopi
multantur. |
| 3 Monachi delinquentes extra locum ex-
emptionis, possunt ab Episcopo puniri | 5 Episcopi munit circa Monachos, quales sit. |
| | 6 Appellare non licet a sententia contra Re-
gulares lata per viam poenitentiae. |

7 Vi.